

EPISTOLA

cum eo dogmate quod Calviniano-
rum Ecclesiæ tenent, defendunt,
propagant. Demonstratum hoc est
jam antè ad oculum à nostris: de-
monstratur idem in nostrâ hac brevi
& perspicuâ Articulorum Confessio-
nis Augustanæ ἀναλύσει, quam libel-
lus iste exhibet. Placet tamen, ad re-
tundendam insatiabilem hanc Sa-
cramentarium, & præcipuè fictitij
Benbellonæ impudentiam, ex histo-
riarum monumentis pauca quædam
reassumere.

Ac initiò quidem in confesso est,
quòd Zuinglius (Calvinianorum
Patriarcha) Confessionem hanc
nostram, non modò non recipien-
dam esse cõsuerit, sed insuper, scriptis
ad Carolum Imp. literis, doctrinam
decimi Articuli, ex professo sibi re-
futandam sumserit: teste ipso Lava-
tero, scriptore Sacramentario; qui
pag. 19. in Histor. Sacrament. sic has
bet. *Helvetii Cinglii opinioni astipu-
lantes, in quibusdam articulis Confessio-
nem Augustanam CONDEMNAR-
VNT.* Dein.